Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ccepit corde Videte si ccepistis. uidete si teneatis. ne forte effluant quę dicunt & pereant. Volo uos admonere religionis exemplis. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consuetis quomodo cum suscepitis corpus domini cum omni cautela & uenerationes seruatis. ne exceptum quid decidat. ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim uos credimus & recte credimus. siquid inde per negligentiam decidat. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta uimini cautela. & merito uimini. quomodo putatis minoris esse periculi uerbum dei neglexisse quam corpus. Inicia igitur iubent offerre. hoc est primicias. quod offert quod primum est. necessario habet ipse quod reliquum est. Vide quantum nos oportet habundare auro. quantum argento ac reliquis omnibus quę iubent. ut & domino offeramus & nobis superset. Primo enim omnium debet sensus nostros intelligere dominum. & ipse offerre primicias intellectus sui. ut cum dominum bene intellexerit reliqua consequenter agnoscat. Hoc etiam sermo faciat. hoc & omnia quę in nobis sunt agant. Sed uideamus & cetera. Iacinctum & purpuram. & coccum duplicatum & byssum tortum. Quatuor ista sunt ex quibus efficiunt ut pontificis indumenta ut cetera quę ad sacrum parantur ornatum. De his dicerent quida & ante nos. & sicut non decet aliena furari. ita euenit puto benedictus alterius abum fatentes. Ista igitur ut & proprius usum est quatuor elementorum ex quibus & mundus constat & corpus humanum tenent figuram. id est aeris. ignis. aquę terręque. Iacinctus igitur ad aerem refertur. hoc enim ipse indicat color. sicut & coccum adignem. Purpura quę figuram tenet quasi quę de aquis accipiat fucum. byssus terręque quia oriatur ex terra. Habemus igitur & nos hęc omnia in nobis. quia ex his primicias domino iubemur offerre. idcirco dicit sumite ex uobis ipsis & offerentes primicias domino. Verum illud considerandum puto quod de certis simplicitur dixerit moyses. tantum cocco addidit duplicatum. & byssum tortum. Requiritur igitur cur alias quidem materias ex quibus certa indicantur elementa simplicitur dixerit. coccum quod ignis designatur solum posuerit duplicatum. Difficilia hęc adintelligendum. & adferendum multo difficiliora. Verumtamen

265